

profanationem illius, quæ in plerisque  
obtinet Ecclesijs, Antistitibus aut con-  
niventibus, aut excusantibus, aut et-  
iam ejusmodi correctionem impe-  
dientibus, suo tempore ulturus est!

Quodnam verò remedium adhibendum sit,  
ad tollenda Ecclesiæ scandala: sequen-  
ti concione patefiet.

*Audiv. 1. 2.*

Officij nostri est, ut caveamus tum missam, tum  
abusum S. Cœnæ.

Illam, ut execrandam idolomaniam, quæ  
nunquam Dei vindicta caruit.

Hanc, ut profanationem S. Cœnæ abo-  
minabilem; quæ itidem suas se-  
cum trahit pœnas.

Studeamus autem unicè veræ doctrinæ &  
veræ probationi &c.

Tum demum placebimus D. N. J. C. &  
ab ipso introducemur ad Cœ-  
nam magnam, ad nuptias Agni  
in cœlis: ubi satietas gaud. &c.

DOMINICA XXXIII.

Ex Quæst. 83. & seqq.

CLAVES SALUTARES EC-  
clesiæ.

TEXTVS Matth. 18, 15. ad 19. usque.

Vers. 15. Si peccaverit in te frater tuus, ito, &  
argue